

verbis, teste Prudentio hymno 3, lib. de Coronis, cum laessavit :

*Ergo age, tortor, adure, seca,
Divide membra coacta luto.
Solvete rem fragilē facile est.
Non penetrabitur interior
Exagiantē dolore animus.*

Max duo carnifex pectus ei dilacerant, et latus usque ad ossa secant ungulis; illa autem numerans nota dicebat :

*Scriberis ecce mihi, Domine,
Quām juvat hos apices legerē,
Qui tua, Christe, trophēa notant?
Nomen et ipsa sacrum loquitur
Purpura sanguinis eliciti.
Tandem igni tradiuta jussa Daciani, ibi,
Virgo citum cupiens obitum,
Appetit et bibit ore rogam.*

Talis quoque Gad, id est, accincta et felix fuit S. Felicitas, que sub Antonio Pio cum septem filiis martyrum obiit. Cū enim Publius prefectus vellet, ut deos coleret, et minas precibus adderet, respondit: *Nec blandimentis his moveat, nec terroribus et minis frangat. Spiritum sanctum habeo, qui mihi suggester vires, ut pro fide quidvis perpetui velim.* Et ad filios conversa: *Fili, inquit, charissimi, in fidē confessione persistite; vos jam expectat Christus cum sanctis suis, pugnate pro animbus vestris, et fideles vos exhibete Christo.* Ita filii coram matre, et tandem mater necata est. De quā S. Gregorius: *Felix quæ octuplici patientia octies martyrum, octo donanda coronis ad celum ascendit.*

VIII. — Propheta et benedictio Aser.

VERS. 20. — *Aser pinguis panis eius, et prædebet delicias regibus; et ejus more hebreo redundat, aut certe ponitur erit.* Sicut enim pronomen, *nisi*, id est, *ipse*, sep̄e ponitur *pro est*. Significat hic Jacob, et prædicti opes et fertilitatem, fructusque tribùs Asér ad eo sapientis et deliciatos, ut regibus Iuda, Israel, Tyri, aliisque sint futuri in deliciis; idque partim ex soli honitate, ita quia sita erat iuxta mare, partim quia vicina erat Tyriis et Sidonii, et consequenter omni mercium genere abundabat. Idem de Aser prædicti Moses Deut. 33, cīm ait: *Tingat in olio pedem suum, ferrum et ar calceamentum ejus.* Fuit enim sors Aser, alii frumenti, vini et elei; alicubi, puta Deborae et Debora, quod habetur Jodice.

Allegoricè, Aser est Christus nos letificans, impinguans et beatificans delicia Eucharistie. *Quid enim bonum, ait Zacharias c. 9, v. 17, et quid pulchrum ejus, mis frumentus electorum, et viuum germinans virginēs?* Ita Procopius, Eucherius, Rupertus. Pulchritù S. Ambros.: *Pauperas Christi, inquit, nos dīat, infirmitas sanat, famē saliat, mors viviscat, sepultura resuscitat.*

IX. — Propheta et benedictio Nephthali.

VERS. 21. — *Nephthali cervus missus, et dans eloqua pulchritudinis.* Pro cervus hebrei est *aiala*, quod et cervum et cervam significat. Unde Vatablus

verit: *Nephthali cerva missa, vel cerva celeris*, siue explicat, q. d.: *Tribus Nephthali erit formosissima, elegantissima et agilissima, qualis esse solet cerva que ad aliquem principem mittitur.* Secundò, *dabit eloqua pulchritudinis*, id est, erit facundissima. Secundò et melius, Andreas Masius in Josue c. 19, n. 32, sic explicat, q. d.: *Sicut cervus emissus et liber, in herborum et fertili terrā exultum ludit, ita et in sua fertili sorte ludet et exultabit Nephthali.* Secundò, *dabit eloqua pulchritudinis*, id est, comis erit, blanda et humanus, siue urbanitate omnes sibi conciliabit. Hoc enim est quod de Nephthali prædicti Moses Deut. 35: *Nephthali abundantia perfuriet, et erit in benedictione Domini.* Tertiò, propriè et directè respicit et predictit hic Jacob victoriam Barac et Debora contra Sisaram, Iudic. 4: *fuīt enim Barac dux exercitus Israel, oründus ex Nephthali, qui recte comparatur cervo, qui per se timidus est, sed ubi venatoribus hostibusque se circumcessum, et de vita sua agi videt, animos et cornua attollit, atque furenti similis per medias hostium aries, ingenti impetu et cursu perrumpit et erudit; sic enim Barac intito instar cervi tunc, nec nisi cum Deborah bellum aggredi ausus fuit; at eā comite animatus, quasi leo cum paucis in innumeris instructissimisque hostium copias irrupti, perrumpit, easque perrumpendo stravit et cedidit, idque celerimē, instar cervi et instar fulguris (Barac hebrei significat fulmen), ut cum Cesare dicere posset: *Veni, vidi, vici;* licet enim Zabulon et Issachar, in hoc bello tribui Nephthali se adjunxit, victoria tamen adscribitur Nephthali, quia dux exercitus et bellum, putat Barac, erat ex Nephthali; et quia Jael, que Sisaram clavo occidit, habitat in Nephthali.*

Alludit Jacob ad etymon Nephthali; Nephthali enim significat convolutum, et in luctu cum antagonista convolutum, q. d.: Nephthali quasi cerva timida, et laqueis Sisara circumessa, per oracula et promissa Debore, resuscit animis, duce Barac, perrumpet cuneos Sisara, itaque cum eo colluctabitur, commiscebatur et convolvetur; sed vitor evadet, hostiisque castra penetrabit et dissipabit. Ita Cajetanus et Lipomanus.

Hinc dabit eloqua pulchritudinis, id est, edet pulcherrimum gratulatorum et eucharisticum carmen Deo victorie auctori, puta insigne ultimū canticum Barac et Debora, quod habetur Jodice.

Allegoricè, Nephthali est Christus, qui quasi cervus exsilens in virtute spiritu, Luce 4, 14, Juxta Genesareth, qui lacus est in Nephthali, alacriter et celestiter perrumpit castri diaboli, puta Phariseorum et Iudeorum, infidelium et impiorum, dedilige eloqua pulchritudinis, dicens in suo Evangelio: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum, etc.* ibique collegit Apostolus, qui hęc eloqua Evangelii pulcherrima toto orbe predicarunt, tuncque implatum est illud sponsale de Christo: *Ecce iste venit saliens in montibus, transiens colles; similis est dilectus meus capreæ, hinnulque cervorum.* Ita S. Hieronymus, Procop., Ambros.

X. — Propheta et benedictio Joseph.

VERS. 22. — *Filius accrescens Joseph.* Hebrei est ben phorat Joseph, hoc est, *filius fructificationis*, id est, *fructificans*, Joseph. Alludit Jacob ad nomen Ephraim, qui fuit filius Joseph. Ephraim enim dictus est quasi fructificans, ab eadem radice para, id est, fructificavit, Genes. 41, 52: fuit enim tribus Ephraim fecundissima, numeroissima, fortissima et regia. Rursum alludit ad etymon Josephi; Rachel enim mater vocavit eum Josephum, quia optavit et dixit: *Ad-dai mihi Dominus filium alterum*, Gen. 30, 24. Joseph ergo idem est quod augescens, accrescens. Jam Joseph fuit accrescens, sive fructificans, ob duos quos genuit filios, puta Manassem et Ephraim, quae duas constituerunt tribus in Israel; unde bis repetitum hic et accrescens. Successit enim Joseph cum Iudah in primogenituram Rubeni; unde sicut Judas regnum Juda, sic Joseph duplice tribum, dupliceque hereditatem in Chamaan, ac regnum in Israel obtinuit. Ex Ephraim enim orti sunt Jeroboam, aliquis reges Israel. Rursum tribus Ephraim accrescit, ut numeru, ita robore, victoris et gloriæ, ut merito proper eam Joseph vocetur *filius accrescens*.

DECORUS ASPECTU. Hebrei est, *ale ain*, quod duplificiter potest: Primò, *super fontem*, q. d.: Joseph est eritque filius fructificationis, id est, fecundus instar arboris sita et fructificans juxta fontem. Ita Chald., Vatabl. et alii. Secundò, *verti potest, super oculum*, q. d.: Joseph ita pulcher erat, ut dominatur osculis intuentum, eosque in sui amore raparet, ut rapuit oscula here saepe. Hoc secutus est nostri interpres, dum verit, *decorus aspectu*, et Sep̄tua. dum vertunt, *ξεριστις*, id est, desiderabilis, unde sequitur:

FILLE (scilicet *Ægyptiæ*) DISCURSERUNT SUPER MURUM, SUPER MUROS DOMORUM ET URBIUM UT VIDERENT TE, Ó JOSEPH, TAM FORMOSUM JUVENEM CULTO REGIO INSIGNEM QUASI PATRICE MUNDIUS SALVATOREM, ET UT VICISSIM A TE VIDERENTUR. ITA CAJETANUS ET LIPOMANUS. RUPERTUS TAMENTUM HOC RESTRINGIT AD HERAM AMASIANI JOSEPHI; SED NIMIS ARCTE. NAM NON DUBIUM EST, QUIN MULTAE ALIA JOSEPHI PULCHRITUDINEM VIDERE DESIDERARINT, CAMQUE ADMIRANTE SINT.

Allegoricè, Joseph est Christus speciosus formâ praefiliis hominum, quem prouinde vide gestierunt Abraham et patriarche.

VERS. 23. — *Sed exasperaverunt eum, amaritudine afficerunt fratres Josephum*, licet ita speciosum et amabilem.

ET JURGATI SUNT, DICENTES: *Numquid rex noster eris?* et: *Ecce somniator venit; venite, occidamus eum.*

HAVENTES JACULAM, TUM VERBORUM, PUTA MORDACIUM IRRISIONUM, MENDACIORUM ET CALUMNIARUM, DE QIBUS DICITUR PSAL. 54, 21: *Moliti sunt sermones ejus super oleum, et ipsi sunt jacula;* tum verborum; cū enim eum spoliarunt, protruserunt, in cisternam projectarunt, ac denique in *Ægyptum* vendiderunt, quot jacularis verborum et verborum cum confixerunt?

Allegoricè, Joseph est Christus, in quem Judei om-

nes suas sagittas linguarum, clavorum et flagellarum intorserunt, clamantes: *Tolle, tolle, crucifige eum.* Vide S. August. in Psal. 63.

VERS. 24. — *Sed in forti arcus eius. Arcus*, id est, robur et praesidium, q. d.: In tantis fratrū odīs et persecutionibus, in servitute, in carcere *Ægyptio*, Joseph non occidit animo, non elanguit, sed stetit, immo sedit constans et fortis, in fortissimo Deo spe totā defixus, q. d.: *Arcum suum quo se ab hostiis defendebat, commisit Joseph Deo fortissimo sagittanti peritissimo*, ut ab eis manu dirigeretur, non aliter quam Eliseus 4 Reg. 15, v. 16, dixit ad regem Israel: *Pone manum tuam super arcum; et cùm possit ille manum suam, superposuit Eliseus manus suas manibus regis.* Unde sagitte emissæ erant sagitte salutis. Sic fecit ut Job, qui proinde dicebat cib. 29, 20: *Gloria mea semper invocabitur, et arcus meus in manu mea instaurabitur.*

Nota. Deus hebrei vocatur *el*, vel *etan*, id est, fortis, robustus per excellentiam, immo per essentiam. Joseph ergo per spem in Deo quasi in arce fortissimam et in exiguum, sed et conquievit. Nam, ut ait Sapientia Prov. 18, 10: *Turris fortissima nomen Domini, ad illam currit justus et exaltabitur.*

DISSOLITA SUNT VINCULA BRACHIORUM ET MANUM ILIUS. Hebrei *icphotsa* deducunt a radice *pazas*, cuius propria et genuina significatio incerta et incognita est. Unde varie hic vertunt interpres. Primò, Kimchi, Paginus, Vatabl. et alii vertunt: *Roborata*, vel *consolidata* sunt brachia manum ejus. Secundò, Chaldaensis vertit: *Tunc positum est aurum optimum super brachia manum ejus, quasi pazas significet deaurare, vel auro ornare, a pas, vel opas, quod significat aurum optimum et prestantissimum.* Unde et Arabes aurum vocant *Fes*. Hinc urbs Fessa dicta est ex eo, quid clavis urbis jacentrum fundamenta, *fes*, id est, aurum cumulus ibi inventus sit; indeque urbs et regnum Fesse, ita potens in Mauritania, nomen accepit, si credimus Joanni Leoni in descriptione Africae lib. 5. Tertiò, Oleaster vertit: *Extenderunt se brachia, manum et fessam*, q. d.: Sicut qui arcu tenso telum parerūt ejaculari, brachia sua distendunt; ita Joseph vinculis solitus, manum misit ad regni gubernacula pariter et ornamenti. Quartò, nosier et Septuag. vertunt, *dissoluta sunt brachia*, id est, vincula (erant enim brachia Josephi vinculis astricta) brachiorum et manum ejus. Haec omnes versiones ad eundem sensum et scopum tendunt; haec tamen ultima videtur maximè genuina; hebreum enim *pazas* propriè significat, non roborare, ut volunt Rabbinī) sed mollescere, lentescere, et dissolvi instar ari optimi, ut docte ostendit Pineda nostro in Salomon. 1. 4, c. 18. En quā spes in Deum fortan Joseph non felicit. Audi Sapient. c. 10: *Hac (Sapientia eterna et invenita, quae est Deus ipse) venditum justum non dereliquit in vinculis, donec offeret illi scepterum, etc.*

PER MANUS POTENTIS JACOB. Pro potentis hebrei est *abbir*, quod unum est ex Dei nominibus, licet parti-

cipacitè illud, uti et alia Dei nomina, hominibus com-
municetur.

Tradunt Hebrei, hoc nomen plenum esse mysterium: nam prima littera aleph significat **N**, ab, id est, Patrem. Secunda bet significat **B**, ben, id est, Filium. Tertia res significat **R**, ruach, id est, Spiritum sanctum, sicut enim haec tres litterae in uno sunt nomen abbriv, ita haec tres personae sunt in una essentia divina. Rursus, bet est medium inter aleph et res, quia Filius est medium inter Patrem et Spiritum sanctum) procedit enim a Patre Filius, et a Filio Patre procedit Spiritus sanctus. Denique ipsi bet conjungit jod quia est littera nominis Jesu, quia solus Filius factus est homo, et vocatus Jesus, id est, Salvator hominum. Hec illi.

INDE PASTOR EGRESSUS EST, LAPIS ISRAEL. Vox inde non locum, sed causam significat, idemque valet quod **ideò**, vel **idcirò**, q. d., quia Joseph validus fuit opus abbriv, id est, Dei potens, quem coluit Jacob, et in quem omnem suam spem defixaret. Joseph venditus et captus, idcirò egressus est pastor, id est, effectus est rector et princeps **Egyptiorum**, et **lapis**, id est, firmamentum, sui populi **Israel**. Ita explicat Ecclesiasticus c. 40, v. 18. Joseph enim tam patrem suum Israel, quam fratres eorumque familiias, acque ac **Egyptos** in septimo famis pavit et aliuit, itaque firmavit et stabilivit ne inediā interieret.

Ecclesia quā valida est fiducia et auxilium potentis Dei. S. Martinus in Alpibus inciderat in latrones, & quibus unum vibratū in caput ejus securi mortem minabatur, sed socius ictiū avertit. Rogatus postea Martinus, num timuisset: **Minimè**, inquit, nunquam eram securor; sciebam enim **Dei misericordiam maximam** in tribulatione affutram. Sic et S. Franciscus a latronibus rogatus quis esset, intrepide respondit: **Prae-**
sum magni Dei. Martinus martyr vocandus ad judicem, à Theoteco episcopo audiens: **Tene et adhæresce Deo**: sic enim ab eo roboretur, quod in optatis est certò assequitur; id ipsum præstiti, itaque constanter tribunal adest, Christumque confessus martyrium laureatus est, teste Euseb. lib. 7 Histor. c. 14. Legionis principem quendam prudentem et pium, cum rogaretur cur multitas acri in suo regno non construeret, respondisse: **Una mihi arx est, eaque munitione in mea, ea videlicet de quā** Salomon ait: **Turris fortissima nomen Domini, ad quam confugius justus liberetur**.

Nota. Bonus princeps populi debet esse pastor et lapis, populum firmans, roborans et sustentans.

Secundò, alii sic ulterius explicant: **Inde**, id est, ex Joseph, prædibut lapides et pastores, id est, duces, judices et reges Israhel, puta Josue, Debora, Gedeon, Jephite, Jair, Abimelech, Jeroboam, et reges decem tribuum. Hi enim omnes prognati sunt ex Joseph.

Tertiò, aliqui **eben**, id est, lapis legentes divisim ab **ben**, id est, pater et filius, vertunt: **Joseph egressus est pastor patris et filii Israhel**, id est, Joseph in fame pavit et cibavit tam patrem suum Israhel, quād ejus filios. Unde Chaldeus haec non ad Joseph, sed ad

abbriv, id est, Deum potenter Jacobi, referens, ita vertit: **Cujus** (Dei) **verbō gubernabant patres et filii tribum Israhel**. Verum primus sensus maximè est literalis et genuinus.

Allegoricè, Joseph pastor, inquit Rupertus, est Christus, qui est pastor et petra lapisque angularis Ecclesie. Rursus, pastor et petra Ecclesie est S. Petrus, aliique Pontifices vicarii Christi. Petrus enim dixit Christus: **Pase oves meas**; et: **Tu es Petrus, et super hanc petram edificabo Ecclesiam meam**.

VERS. 25. — DEUS PATRIS TUI. Deus qui omnia directe patrem tuum Jacobum, hic et ob Jacobi merita ac sanctimoniam, quam tu imitaris, juvabit quoque et dirige te, utpote Jacobi filium, ejusque fidelis et pietas heredem.

BENEDIC TIBI BENEDICTIONIBUS COELI, dando tibi è celo opportunitam tum pluviam, tum rorem, tum nimbus, tum aeris serenitatem, benignusque solis coeli que influxum, quibus terra tua fecundatur, ut opimas et copiosas tibi, puta tuis posteris, in Chanana proferat fruges et fructus.

BENEDICTIONIBUS ABYSSI JACENTIS DEORSUM. Vatablus, per abyssum, mare accipit, q. d.: **Dabit tibi Deus tempestivam pluviam, que oritur ex nubibus et vaporibus ex abysso**, id est, mari, ascendentibus; verum hec non est benedictio abyssi, sed coeli, ut præcessit.

Alli per abyssum accipimus globum conflatum ex terra et mari. Verum dictio abyssus propriè est illa vorago aquarum, qua sub terrâ latet, quecum cum mari conjungit; atque per suas venas et rivos terram irrigat et fecundat, de qua dixi c. 1, v. 9, et c. 7, v. 11, unde Chaldeus vertit: **Benedictionibus que ascendunt de profundis terra**. Optat ergo hic Jacob Josepho terram irriguantem et fertilem, ex aquis inferni ex abysso prodeunditibus.

BENEDICTIONIBUS UBERUM ET VULVÆ, ut scilicet habens copiosum lac, fasturam, ac proles, tum animalium, tum hominum. Haec benedictio propria quasi Ephraim, ab eo peccata et ingratisitudinem fuit revocata et ablata, Osee 9, v. 11, ubi dicitur: **Ephraim quasi avis avolavit; gloria coru[m] a partu, et ab utero, et a conceputu; da eis vultum sine liberis, et ubera arentia**.

Allegoricè, Joseph est Christus, quem omnia superna et inferna, omnes angelii et sancti in celo, ac patres in limbo benedicunt et adorant, quemque in terris laudent omnes fideles dicentes cum Elisabet: **Benedictus fructus ventris tui**; et cum altera que in turbula exclamavit: **Beatus venter qui te portavit, et ubera quae suscitasti**. Rursus in calo, id est, in anima et mente, benedictus fuit Christus; quia à primo instant conceptionis sue plenus fuit gratia et gloria, fructus Deo, ipsaque visione Dei beatus; benedictus quoque fuit in **abyso deorsum**, id est, in carne mortaliter quam assumptis, quia se profundissime humiliavit et exanimavit; **quia carnem habuit peccato concupiscentiaque liberam**, et post resurrectiōnē gloriosam, vivificat, et dante immortaliatem in Eucharistia. Secundò, habuit Christus benedictionem **veteris**, id est, Ecclesiastis parentis; haec enim Christo pulcherrimos et plurimos

generat filios, Isaiae 49 et 60, atque uberum; quia verbo Dei et caritate, quasi duplice ubere suos fidèles et filios nutrit. Ita Rupert. et ex eo Perer.

VERS. 26. — BENEDICTIONES PATRIS TUI CONFORTATE. SUNT BENEDICTIONIBUS PATRUM EJUS. Primo, **benedictionibus**, id est, **pros benedictionibus**, vel, ut hebrei est, **super benedictiones patrum meorum**, q. d.: **Ego Jacob pre patribus meis Abraham et Isaac, fui tum à patre meo Isaac, tum à Deo benedictus**; itaque ego vicissim tibi, ô Joseph, benedico, ac consequenter tu et patribus meis, et me ipso magis eris benedictus, quia non tantum patrum, uti ego, sed et meam benedictionem nancisceris. Ita Liranus, Abulens, Perer. Secundo, Rupertus sic explicat, q. d.: **Mea benedictio robur habet à benedictione, quam ego à patribus acceperi**; super illam enim quasi fundatur. Hunc sensus faciliè patientur Hebrei. Tertiò, Burgensis et Vatab. valde accommodò sic vertunt et explicant, q. d.: **Majus est mea benedictio**, quia ego tibi, ô Joseph, benedico, quād ea quā ego à patribus meis fui benedictus, q. d.: **Eris me felicior, magis benedictus; eris enim princeps Egypti tota reliqua vita tua**, posteriorque tum erunt dictio et reges Israhel. Quartò, aliqui sic explicant: **Confortate**, id est, firmate, adjicte et adiuste sunt benedictionibus patrum. Unde Chaldeus vertit: **Benedictiones patris tui addentur super benedictiones, quibus benedicerunt me patres mei**, q. d.: **Ego tibi, ô Joseph, non tantum meam, sed et omnium patrum meorum benedictionem impetrabo et addo, pro causa quod illi mihi precati sunt, scilicet ut ego cum posteris meis essem felicissimus. Hic sensus amplior est; sed tertius, ut et primus, simplicior, utpote magis respondens Hebreo. Nam verbum **garat**, præserit quando cum ad construerat, significat prævalere, superare, dominari.**

DONC VENIRET, id est, donec veniat, ut habent quidam codices manuscripti. Est enallage modi.

DESIDERERUM COLLUM AETERNUM, puta Christus, qui omnium benedictionem et promissionem ultima et maxima, omniumque clausula, quem proinde homines, imò omnes creature irrationalis, puta terra, mare, colles et montes, à sui initio, quasi hominum redemptorem, et totius universi reparatorem et reformatorem avidissimè expectant, et affectu, non rationali, nec sensitivo, sed naturali intimè desiderant. Est processio, similis illi, quā Apostol. Rom. 8, 22, ait omnem creaturam ingemiscere et parturire, donec per Christum liberetur à servitute corruptionis, et transfiguratur in libertatem glorie filiorum Dei. Sensus ergo est, q. d., Jacob: **Mea haec benedictio, ô Joseph, maior est benedictione patrum, durabitque usque ad Christum, qui maximè tibi totique mundo benedictionem afferet**. Secundò, symbolice Christus est desiderium collum aeternorum, id est, Patriarcharum, Prophetarum, et illustrorum sanctorum, qui ceteris hominibus sapientia, virtute et sanctitate eminent, at in aeternum in celo eminebunt, perinde ac colles valibus eminent. Ita Rupert., Cajeton, et Lipom.

Ita Christum desideravit Jacob dicens: **Salutare**

tuum expectabo, Domine; et David: **Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, et salutare tuum da nobis**; et Moses: **Mite, Domine, quem missurus es; et Isaías: Rorate, cœli, desuper, et nubes pluant justum; aperiatur terra, et germinet Salvatorem**; et Habacue: **Ego autem in domino gaudebo, et exaltabo in Deo Iesu meo**; et Daniel, qui inde vir desideriorum est dictus; et sponsa in Canticiis: **Circuvi vicos et plateas, quasvis quem diligat anima mea**. Multò magis Christum jam natum desiderarunt Christiani. S. Paulus: **Capio dissolvi, et esse cum Christo**. Petrus ubertim flебat; rogatus cur? respondit, **desiderio Domini**. S. Dionysius martyris de genere, domo, patria peremant Tyranno, in mediis tormentis nihil aliud respondit, quād **Christianus sum; hoc mihi nonen, genus, patria, doctrina, aliquid nihil sum**, q. d.: **Omnia arbitror ut stercora, ut Christum lucifaciam; nulli vivere Christus est, et mori lucrum**. Testis est Eusebius lib. 5, c. 1. S. Ignatius vinclitus: **Nunc, ait, incipio discipulus esse Christi, nihil de his que videntur desiderans, ut Iesum Christum inviem**. Lege totam ejus Epistolam ad Romanos. S. Bernardus: **Nil canitur suavis, auditur nil jacundius, nil cogitatur dulcis, quād Jesu Dei filius. Jesu mel in ore, iubilus in corde**. Dionysius martyr dum Roma à Diocletiano comprehensus latus ad supplicium duceretur, nil aliud tuote itinere ingeminabat, quād **Esi milites omnes possem, tamen Dominum meum Jesum Christum confiteri non cessarem**. Ecce non dicat: **Jesus amor meus cor meum, et omnia?** Dixit S. Cyprianus in tribunalibus, damnandus ad mortem: **Salus mea et virtus mea Christus Dominus est cui sine fine servire desidero**; cūque proconsul subderet: **Vicem tuam doleo, et vellem consulere tibi**, respondit Cyprianus: **Consul tu mihi melius non esse quero, quād ut Deum meum adorans ad ipsum tota mentis aviditate festinem; quia non sunt condigne passiones hujus temporis ad futurum gloriam**. Ita Pontius in vitâ S. Cypriani.

Nota. Hebrei est **taza**, quād propriè desiderium significat, à radice **ava**, id est, concupivit, desideravit; Jarrus tamen, Kimchi, et R. Salomon vertunt, **terminum, à radice taz, id est, terminauit vertunque, usque ad terminum collum seculi**, q. d.: **Ils benedictiones meæ durabunt, quādū durabunt colles seculi**, puta usque ad finem seculi; vel ut explicat R. Salomon, q. d.: **Ils mes benedictiones ad omnes terminus collum, montium et terrarum diffundentur**. Deinde per **terminum accipias Christum**, qui terminus est sive vertex in vertice montium. Verum Hebreum **taza** propriè non terminum, sed desiderium significat, uti dixi, itaque vertit noster, Chaldeus et alii.

PIANT: omnes haec benedictiones confluant in caput Joseph, in eoque firmiter quiescant. Peudent enim **fiant**, à voce **benedictiones**, que precessit, ibique inserendum est pronomen **que**: **tunc enim clara erit connexio et sensus hoc modo: Benedictiones patri tui, et quae confortare sunt benedictionibus patrum ejus, fiant in capite Josephi**.

ET IN VERTICE NAZAREI INTER FRATRES SUOS. Nota. Joseph vocatur hic **Nazareus**, id est, **separatus**, ut

Chaldaeus, coronatus et consecratus; nece enim et separationem, et coronam, et consecrationem significat. Fuit enim Joseph à fratribus separatus, primò, mortibus et innocentia; secundò loco et conversatione; fratres enim oderant et fugiebant Josephum. Rursum, Joseph venditus in Ægypto per 25 annos separatus fuit à patre et fratribus in Chanaan habitabutus. Tertiò, carcere, ubi Joseph intonsis fuit crinibus, solique Deo relictus, adductus et consecratus, instar Nazareorum, qui se suamque abstinentiam, aquæ ac comam, Deo devovabant, Numer. 6. Quarò, coronâ regni, sive principatus in Ægypto. Rursum, coronâ regni Israel, quam posteri ejus adepti sunt; hæc enim coronatus, et à fratribus separatus fuit Joseph; id estque Nazarens dicuntur. Unde Septuag. pro Nazareus vertunt prefectus sive duxen et principem fratum. Atque ex hoc loco aliqui putani Christum, utpote Josephi antitypum, vocari Nazarenum, Matth. 2, v. 25. Ita S. Ambros. de Benedictiōnibus Patriarch. cap. 11, et Rupert. Ut ut sit, certè Joseph Nazareus, expressus fuit typus Christi Nazarei, id est, à Iudeis et communio hominum vitâ separati, Deoque consecrati, ac coronati in summum orbis regem et pontificem.

XI. — Prophetie et benedictio Benjamin.

VERS. 27. — BENJAMIN LUPUS RAPAX, MANE COMEDIT PLEBAM, ET VESPERE DIVIDES SPOLIA. R. Chaldaeus hæc si veritatem et explicat: *In terrâ Benjamin habitarunt templi maiestas; et in possessione ejus edificabitur sanctuarium (Jerusalem enim, in quâ fuit templum, propriè pertinebat ad sortem tribù Benjamin); mane et vespera offerent sacerdotes oblationes, et in tempore vespertino dividunt residuum; quasi altare hic vocetur lupus rapax, eò quid hostias, quasi predas raperet, easque igni consumeret. Sic quoque explicant Hebrei et Lipoman. Verum haec expositione impropria, dura et indecora est; quis enim altare Dei audeat vocare lupum rapacem? Secundò ergo et genuinè, ad litteram Jacob hic predicit, tribum Benjamin fore instar lupi rapacei et bellicosi, quem suum jus in viribus et armis collocet. Si enim Romani iactabant sum Rumolum rapacem, pugnacem et fortem in bellis evassisse, eò quid latice lupus esset nutritius. Haec expositione patet, et rep̄sa confirmata est in bello Gabaa, quod soli Benjaminitæ ob stuprum à se uxori Levite illatum, cum reliquis tribubus omnibus gesserunt, et usque ad interacionem sustinuerunt, ac tandem raperunt illas Silo Jude. 20. Ita Procop., Euseb., Theodor., Abulfens. et alii.*

Rursum, alludit et predictic hic Jacob pradas et viatorias Saüli primi Judeorum regis; item Estheris et Mardochæi; hi enim omnes prognati fuerunt et Benjamin. Ita S. Lupus Trecensis episcopus cum clero occurrans Attile à pugna Catalaunica, reliquias Gallie urbes eversuro, rogavit eum, quisnam esset qui tot regibus devictis cuncta vi sibi subderet. Cui Attila: *Ego, inquit, sum rex Hunnorum, flagellum Dei. Tum Lupus ingemiscens: Et ego, inquit, sum Lupus vastator gregis, dignus flagello ejus, cui quis resistet, quo minus in quos volet siccari? Veni igitur, Dei uici flagellum,*

quò libet proficisci. Omnia tibi, ut Dei minister, me non repugnante patebunt. Jubet inde portas urbis reserari, ac Attilam (frumentum equi honoris causa tenens) summâ veneratio introduxit. Qui sive humanitate episcopi victus, sive Dei voluntate, sive ullius cede et detrimeto, per urbem medium cum omnibus suis copiis progressus, altera urbis parte egressus est. Ita habet vita S. Lupi, et Olamus in Attila c. 9.

Notæ. Ideam est comedere prædam, et dividere spolia, nimisrum predari, predas dividere et comedere. Est metalepsis; ex comeditione enim præda, prævia prædatione intelligit, q. d.: Benjamin ut lupus rapiet, id est, superbit inimicos, eisque predas abripiet, laerabit, dividet, comedet, omniaque faciet, que victores victimis solent facere. Ita Vatablus.

Allegorice, quidquid hic ognissimi Calvinus, omnes ferè Patres latini, puta S. Hieron., Ambros., Rupert., Eucher., Beda, et Augustin. serm. 1 de Conversione S. Pauli, inter novos hic Lovaniit editos, per lupum hunc accipiunt sanctum Paulum, qui ex Benjamin oriundus, dictusque Saul vel Saulus, primo mane, id est, in juventute sua, quasi lupus seviri in Christum et Christianos, viros et feminas rapiendo ad carcera, Stephanum manibus aliorum lapidando, spirando in omnes minas et cades; verum à Christo conversus, et mutatus è Saulo in Paulum, ex lupo diabolico in lupum Dei, vespere, id est, jam senior effectus, spolia Gentium diabolo detracta, Christo et Ecclesiæ divisit, q. d.: Sicut Benjamini, ita et Pauli indoles lupina, semper sui simili, fuit rapax, bellicosa, spoliis predisque assuta; unde mane et vespere, puta ante conversionem et post conversionem, non aliud egit, quām prædarī. Sed ante conversionem iniquus et impius, post conversionem verò justus et sanctus fuit prædo; qui non tantum spolia ante a se diabolo allata, rursum eidem eripuit; sed et omnes penitentes ex ore et unguis eius extorxit, illisque cum expolavit, eaque Christo et Ecclesiæ restituit. Sicut ergo leo nunc in bonum, nunc in malum capit, et tam Christus votatur leo de tribu Iuda, quām diabolus, qui circuit ut leo querens quem devoret; ita pariter et Ipus tam in bonam quām in malam partem accipi potest. *Panus*, inquit S. Ambros., *lupus erat, cum devoraret oves Ecclesiæ; sed qui lupus venerat, pastor factus. Id est Rachel cum pareret Benjamin, vocari nomen ejus. Filius regis mei, futurum prophetans et à tribu Paulum, qui affigret filios Ecclesiæ, et gravi matrem dolor reveret; sed tamen idem postea escam divisit, evangelizans gentibus, et plurimos ad fidem provocans. Dilectus à Domino, quia vos electionis est factus; habuitur confederatus, et Deus obumbravit super eum omnibus diebus, et inter humeros requiesceret. Deuter. 35.*

VERS. 28. — OMNES III IN TRIBUBUS ISRAEL DUODECIM. Hebrei est, *omnes ista tribus Israel sunt duodecim*, q. d.: Ab his duodecim filiis Jacob descendenter et de nomine sunt duodecim tribus Israel. Numerantur enim hic singuli Jacobi filii (qui numero fuerunt duodecim), ac consequenter numerantur et Levi et Joseph, ita ut quisque Jacobi filius unam tribum constitutus. In

divisione verò terra sancte non numeratur Levi, quia nullam ejus partem habuit; pars enim Levi erat Dominus, id est, victimæ et primis: Domino oblate, nec numeratur Joseph, sed duo ejus filii, puta Ephraim et Manasse; hi enim in locum Levi et Joseph surrogati, duplicit tribum, et consequentlye duplice sortim in Chanaan accepérunt.

BENEDIXITQUE SINICUS BENEDICTIONIBUS PROPRIS. Hinc videtur, quod haec non tam benedictiones, quām propheciae fuerint Jacobi, quibus expletis ipse hic ultimam enīcē addidit et imperit benedictionem, licet quænam eam fuerit. Scriptura non exprimat. Verum contrarium est verius; itaque sensus est, *bene dixi singulis*, etc., id est, benedictiones haec sunt enarratas, cujusque propriæ expositi et assignavit. Licet enim Simeon et Levi propriè non benedixerit, sed corripere, hæc tamen ejus paterna, correptione revera fuit benedictio. Ita S. Chrysost., Cajet., Lipoman. Si enim aliae à jam dictis et enarratis fuissent haec benedictiones a Jacobis filiis datae, eaque singulis proprie, sūnt eas enarrassæ Moses.

VERS. 31.—IBI ET LIA CONDITA JACET. Hebrei est, *et ibi sepeliti Liam*; unde patet Liam mortuam esse in Chanaan, ibique à Jacobo sepultam, non autem mortuam esse in Ægypto, indeque cum mariti corpore translata esse in Chanaan, ut volunt aliqui. Hebrei tradunt Liam mortuam anno etatis 44. Sed ex dictis c. 53, v. 19, videtur senior fuisse.

VERS. 32.—FINITIMUS MANDATI. Tradunt Hebrei, quod morientem mandasse suis nocturna pacem et concordiam, atque unius veri Dei timorem, obedientiam et cultum, fugamque idololatriæ Ægyptiorum.

COLLEGIT PEDES SUOS SUPER LECTULAM. Jacob prophetans, et benedicens filii exerçerat se, sedebatque in lectu pedibus dependentibus; nunc finito sermone suis valetidicis, pedes in lectum colligit, sensimque expirat.

Vide hinc quām placida sit mors justorum. Ita S. Lucius martyr morti adjudicatus ab Urielio prefecto paternas agit, dicens: *A molis dominis liberor, et ad Deum patrem optimum transo. Testis est Eusebius l. 4, c. 10.*

CAPUT L.

1. Quod cernens Joseph, ruit super faciem patris flens et deosculans eum.

2. Precepitque servis suis medicis ut aromatibus condirent patrem.

3. Quibus jussa expletibus, transierunt quadragesima dies: iste quiripe mos erat cadaverum conditorum, flevitque cum Ægyptus septuaginta diebus.

4. Et expletò planctus tempore, locutus est Joseph ad familiam Pharaonis: *Si inveni gratiam in conspectu vestro, loquimini in auribus Pharaonis,*

5. Eò quid pater meus adjuraverit me, dicens: *Enamorior, in sepulcro meo quod fodi mihi in terra Chanaan, sepeles me. Ascendam igitur, et sepeliam patrem meum ac revertar.*

6. Dixitque ei Pharaao: *Ascende et sepeli patrem tuum, sicut adjuratorem es.*

16. Babylas martyr, cum cervicem feriendam præberebat dixit: *Revertere, anima mea, in quietum tuum, quia Dominus benefic tibi. Eripi anima meam à morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapsu. Ambulabo coram Domino in terra évenitum. Nam mors, ait S. Chrysost., est portus tranquillus, vera requies, somnus, ad meliora migratio, à malis liberatio, migratio à terra ad celum, ab hominibus ad angelos, et ad ipsum angelorum dominum. Hinc Sapore, rege Persarum, Christiano trucidante, cùm Pusices prefectus omnium regis artificem videtur Ananiam, qui cades jam parabatur, contremiscentem: *Paulisper, inquit, ô sex, oculos occidito, et bono animo esto; nam statim lumen Dei videbis*, quād de causa lingua ei extracte est, dirōque exanimatus gloriosus obit martyrium. Testis est Sozom. lib. 2 Hist. c. 9 et 10. E contrario quānxi, perturba et tumultuosa sit mors impiorum, patet ex morte Antiochi, Herodis, Herodiadis, Chrysostri et aliorum.*

APPOSITUS EST AD POPULUM SUUM, mortuus est, et quād animam descendit ad patres et justos in limbo simique Abraham degentes. Ita loquitur Scriptura, ut significet animas sanctorum post mortem non solitudo et tristitia, sed societatem latetque vitam agere; malorum verò animas, licet in igne conjungantur perpetuam tamen odit et ritus dissidere, atque maledictis et blasphemis sessi invicem, more lacuare laecera.

Nota periodum vite Jacobi: Jacob natus est post diluvium anno 432. Fugiens Esau ivit in Haran ad Laiban, anno etatis sue 77; inde post 20 annos, puta anno 97, rediit in Chanaan. Post 40 annos, puta anno 107, moritur est Rachel, et natus est Benjamin, atque Joseph venditus est in Ægyptum. Inde mansit adhuc Jacob in Chanaan per 25 annos. Nam anno etatis centesimo trigesimo evocatus à Josepho, cum tota familia prefectus est in Ægyptum, ibique vixit annis 17, ac mortuus est anno etatis 147, qui fuit annus mundi 2256. Plura de his dixi cap. 47, 28. Denique epitaphium et elegia Jacobi vide apud Sapientem cap. 10, v. 10, et Ecclesiastici c. 44, 25.

CHAPITRE L.

1. Joseph, voyant son père expirer, se jeta sur son visage, et le baissa en pleurant.

2. Il commanda aux médecins qu'il avait à son service, d'embalmer le corps de son père.

3. Et ils exécutèrent l'ordre qu'il leur avait donné, en l'ouvrant de drogues aromatiques pendant trente jours, puis ils le firent tremper dans le sel et dans le nitre, ce qui dura encore quarante jours, parce que c'était la coutume d'employer ce temps pour embalmer les corps morts. Et ainsi l'Egypte plora Jacob soixante-dix jours, comme elle pleure ses rois.

4. Le temps du deuil public étant passé, Joseph qui le portait encore, ne pouvant en cet état se présenter devant le roi, dit aux principaux officiers de Pharaon: Si j'ai trouvé grâce devant vous, je vous prie de me représenter au roi.

5. Que mon père m'a dit en mourant: Vous voyez que je me meurs; promettez-moi avec serment que vous m'ensevelirez dans mon sépulcre que je me suis préparé au pays de Chanaan. J'irai donc avec l'agréement du roi, ensevelir mon père dans son sépulcre, et je reviendrai aussitôt.

6. Pharaon lui dit: Allez et ensevelissez votre père, selon qu'il vous y a engagé par serment.